Majestatem tuam Domine, suppliciter exoramus: ut sicut Ecclesiæ tuæ beatus Andreas Apostolus extitit prædicator & rector; ita apud te sit pro nobis perpetuus inter-

cessor. Per Dominum nostrũ. Si venerit in Adven. fit com. Fer. In ij. Vesp. oia ut in j. exceptã, Antiphona ad Magn.

Cum pervenisset.
Oratio ut supra. cum comm. Feriã si venerit in Adventu.

FESTA DECEMBR.

Die ij. Decembris.

In festo S. Bibianæ Virg. & M. V. de comm Virg. Oratio.

Deus omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana cum virginitatis flore martyrij palmam conjunxisti: mentes nostras ejus intercessione tibi charitate conjunge, ut amotis periculis, præmia consequamur æterna. Per Dominum.

Die viij. Decembris.

In festo Conceptionis B. Mariæ Virginis. Ad Vesperas Antiph.

C onceptio glo-
ri o fã.

Festa Decembris.

Conceptio est ho die.

Regali ex pro genie Maria.

Cum jucunditate.

Capitulum.

A B initio, & ante sæcu-
la creata sum, & usq;
ad futurum sæculum
non desinam, & in ha-
bitatione sancta coram ipso
ministravi.

Hymnus.

A Ve ma ris stella.

Ad Magnificat Antiph.

G Lo ri o sæ.

Oratio.

F Amulis tuis, quæ sum⁹
Domine, cœlestis gra-
tia munus impertire:
ut quibus beatæ Virginis par-
tus extitit salutis exordium,
Conceptionis ejus votiva so-
lemnitas, pacis tribuat incre-
mentum. Per Dominum &c.
Deinde fit comm. S. Ambro-
sij, *V. Justum deduxit.* Oratio,

D Eus, qui populo tuo æ-
ternæ salutis beatum
Ambrosium ministrū
tribuisti: præsta quæsumus;
ut quem doctorem vitæ habu-
imus in terris, intercessorem

habere mereamur in cœlis.
Et Feriæ occurrentis.

In II. Vesp. Antiph. Capitulū
& Hymnus ut supra in j. Vesp.
Ad Magnific. Antiph.

Conceptio tua.

Oratio ut supra. Deinde fit cō-
mem. Feriæ. Si contingat
hoc festum transferri in diem
sequentem, in secundis Vespē-
ris etiam fit comm. S. Melchi-
adis Papæ & mart. *V. Gloria et
honore.* Oratio, *Infirmi-
tatem.*
ut in Comuni unius Martyr.
Si occurrat S. Nicolai trāslatū, q̄re
cōm. } Die xxj. Decembris.

IN FESTO

S. Thomæ Apostoli. Omnia de
Comuni Apostolorum f.
exceptis ijs, quæ hic sunt ppria.
Ad Magnif. in utrisq; Vesp. Ant.

Quia vidisti me.

Oratio.

D Anobis, quæsumus
Domine, beati Apo-
stoli tui Thomæ so-
lemnitatibus glori-
ari: ut ejus semper & patro-
cinijs sublevemur, & fidem
congrua devotione sectemur.
Per Dominum nostrum Jesū
Christum Filium tuum &c.
In utrisq; Vesperis fit comm.
Feriæ occurrentis.



Festa Janua

ESTA JANUA

Die xxj.

IN FESTO

ABBAT

Omnia de Comuni

non Pontif. exce

Eius qu

rum. a

obedi

licco

quas ambulare

de ut & virtut

plere documen

rum. utinere co

amut Ter Domi

le. Vesp. fit con

Il Papæ & Mart

duare coram

Oratio

Reces pop

mus Domi

ter exau

celli martyris

tificis meritis

ius passione la

dominum nob

De xxj. /

S. VINCE

Omnia Comi

Martyr

Oratio

to D

Oratio

qui e

trāstr

Festa Januarij.



FESTA JANUARIJ.

Die xv. Januarij.

IN FESTO S. MAURI ABBATIS.

Omnia de Communi Confess. non Pontif. excepta Oratiōe.



Eus, qui beatū Maurum, ad imitandū obedientiæ exemplū, sicco pede super aquas ambulare fecisti: concede, ut & virtutum ipsius implere documenta, & præmiorum obtinere confortia mereamur. Per Dominum nostrū. In ij. Vesp. fit comm. S. Marcelli Papæ & Mart. V. Gloria et honore coronasti eum Domine.

Oratio.

Reces populi tui, quæsumus Domine, clementer exaudi; ut beati Marcelli martyris tui atque Pontificis meritis adjuvemur, cuius passione latamur. Per Dominum nostrum &c.

Die xxij. Januarij.

S. VINCENTIJ M.

Omnia de Communi Unius Martyris præter Oratiōē.

Oratio.



Desto Domine, supplicationibus nr̄is: ut qui ex iniquitate nostra reos nos

Festa Februarij.

esse cognoscimus; beati Vincentij Martyris tui intercessione liberemur. Per Dñm. In j. Vesperis fit commemoratio S. Agnetis virginis & M. V. Diffusa est gratia in labijs tuis. Oratio.

Onnipotens sempiternus Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitius, ut qui beatæ Agnetis virginis & martyris tuæ solemniam colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrum &c.

In ij. Vesperis fit commemor. S. Meinradi Martyris.

V. Gloria et honore. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut qui. de Com. un. M.

Et S. Emerentianæ V. & M. V. Specie tua. Orat. Indulgentiā. fol.

Die xxx. Januarij.

S. Martinæ V. & M. V. Specie tua.

Oratio. Deus qui inter. de Com.

FESTA FEBRUARIJ.

Die ij. Februarij.

IN FESTO PURIFICATIONIS

Beatæ Mariæ Virgin.

Ad Vesperas Antiphonæ.



Admirabi-

le commerciū.

Quando natus es.

Rubrum quem viderat.

Ecce Maria.

Capitulū.

Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templū sanctum suum Dominator, quem vos quæritis; & Angelus testamenti, quem vos vultis.

Hymnus.

Ave maris stella.
Ad Magnif. Antipho.

Senex puerū portabat.

Oratio.

Omnipotens sempiternè Deus, majestatem tuam supplices exoramus: ut sicut unigenitus Filius tuus hodierna die cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus: ita nos facias purificatis tibi mētibus præsentari. Per eundē.



IN FESTO S.P.N.

BLASIJ

Ep. & Mart. Ad Vesp. Antiph.

Angelus autē
Do mini.

Tandem surgens.

Quo egres so.

Om nibus.

Cum verba verbera.
Capitulum.

Ecce Sacerdos magnus, qui curavit Gentem suam, & adeptus est gloriam in conversatione gentis: qui quasi luna plena in diebus suis lucet, & quasi sol refulgens, sic ille effulgit in templo Dei.

Hymnus.

Martyris sanctum celebrando festum. **Ad Mag.**

Del no bo
Oratio
BLASIJ
Ep. & Mart.
Antiph.
Hymnus
E simul
Ad Benedictus
Olli cum
Oratio
WILVES
Si con
Febr. Vesps
Blasij
sancti

Festa Februarij .

A D est no bis .

Oratio .



Eus , qui nos beati BLASIJ martyris tui , atque Pontificis annuâ solemnitate lætificas : concede propitius ; ut cuius natalitia colimus , de eiusdem etiam protectione gaudeamus . Per Dominum nostrum &c .

Deinde fit comm. Purificationis B. Mariæ V. *Œ. Responsũ accepit Simeon à Spũ sc̃to. Orat. ut sup̃.*

AD LAUDES

Antiph. & Capit. ut supra .
Hymnus .

T E simul fu sis .

Ad Benedictus Antiphona .

Q ui cum que .

Oratio ut supra .

IN II. VESPERIS

Omnia ut in primis , excepta Antiphona ad Mag .

O rante sancto Blasio .

Si contingat festum Purificat. B. M. V. transferri in diẽ iv. Febr. fit de eo commemor. in ij. Vesperis S. Blasij. *Œ. Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto. Orat. ut supra .*

Die v. Februarij .

S. Agathæ Virg. & Martyris. *Œ. Specie tua et pulchritudine tua. Orat. Deus qui inter. f.*

Die x. Februarij .

IN FESTO
S. SCHOLASTICÆ
Virginis . Ad utraq; Vesp. omnia de Com. Virg. p̃ter Orat.



Eus , qui beatæ virginis tuæ Scholasticæ animam , ad ostẽdendam innocentiaẽ viam , in columbæ specie cœlos penetrare fecisti : da nobis , quæsumus , eius meritis ita innocenter vivere ; ut ad eadem mereamur gaudia pervenire . Per Dominum nostrum .

In utrisq; Vesp. fit commemor. diei Octavæ S. Blasij .

In j. Vesp. *Œ. Gloria et honore coronasti eum Domine .*

In ij. Vesp. *Œ. Justus ut palma florebit. Orat. Deus qui nos .*

In ij. Vesp. fit etiam comm. S. Anastasij M. *Œ. Gloria et. Orat.*

Adesto Dñe supplicationibus ñris : ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus ; beati Anastasij martyris tui intercessione liberemur . Per Dominũ .

Die xiv. Februarij .

S. Valentini Presbyteri & Mar. *Œ. de Com. Unius M. conveni: Oratio .*

Presta quæsumus omnipotens Deus : ut qui beati Valentini martyris

Festa Februarij.

tui natalitia colimus, à cūctis malis imminentibus ejus intercessione liberemur. Per D.

Die xv. Februarij.

SS. Martyrū Faustini & Jovitæ.

V. *Lætamini in Domino, et exultate justi.* Oratio.

DEus, qui nos annua fāctorum martyrū tuorū Faustini & Jovitæ solemnitate lætificas: concede propitius; ut quorum gaudeamus meritis, accendamus exēplis. Per Dominum nostrum.

Die xxiv. Februar.

IN FESTO

Sancti Mathiæ Apostoli. Omnia de Com. Apost. præter Orat.

DEus, qui beatū Mathiam Apostolorum tuorū collegio sociasti: tribue quæsumus; ut ejus interventione, tuæ circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per Dnūm &c.

¶ Si festū Cathedræ S. Petri Antioch. transferatur in Vig. S. Mathiæ, fit de eo com. in j. Vef. S. Math.

V. *Elegit te Dominus sacerdotem sibi.* Oratio.

DEus, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cœlestis ligandi atquē solvendi pontificium tradidisti: concede, ut intercessionis ejus auxilio, à peccatorum nostrorum nexibus liberemur.

Deinde fit commem. S. Pauli.

V. *Tu es vas electionis san-*

Festa Martij.

cte Paule Apostole. Oratio.

DEus, qui multitudinē Gentium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis, quæsumus, ut cujus comēmorāoem colim⁹, ejus apud te patrocinia sētiam⁹.



FESTA MARTIJ

Die vi. Martij.

S. Fridolini Confessoris. Omnia de Comm. Oratio Adesto.

Die ix. Martij.

Sanctæ Franciscæ viduæ Romanæ. V. de Com. Non Virg. Oratio.

DEus, qui beatā Franciscā famulam tuam, inter cætera gratiæ tuæ dona familiari Angeli consuetudine decorasti: concede quæsumus, ut intercessionis ejus auxilio, Angelorum confortium consequi mereamur. Per Dominū.

Die xij. Martij.

IN FESTO

S. GREGORIJ Papæ & Confessoris & Ecclesiæ Doctoris. Omnia de Comuni Conf. Pont. Ad utraq; Vesperas Ant. O Doctor. Oratio.

DEus, qui animæ famuli tui Gregorij, æternæ beatitudinis præmia contulisti: concede propitius; ut qui peccatorum nostrorū pōdere premimur, ejus apud te precibus sublevemur. Per Dnūm.

Die xvij. Mar
Germis virgin
oven. ex Com. S
Eus, qui
corde be
vignis tu
ubi habitacionem
eius mensis &
one, corde nostri
deceat abite
dina aetern
to effi mereat
Die xij. M
IN FES
S. JOSEPH
fessor. Ad V
D
O min
Capitu
Eatus v
ventus e
cula: &
rum no
speravit in pecc
ris. Quis est hic
mus eum? fecit
via in vita sua
Hymnus
Ioseph c
X O medita
ntiam Magn
J
O ph.
S
Anima Ge
tua best, qu
Domus pter

Festa Martij.

Die xvij. Martij.

S. Gertrudis virginis. Vers.
conven. ex Com. Virg. Orat.

DEus, qui in purissimo corde beatæ Gertrudis virginis tuæ, jucundâ tibi habitationem præparasti: ejus meritis & intercessione, cordis nostri maculas clementer absterge; ut digna divinæ majestati tuæ habitatio effici mereatur. Per Dñm.

Die xix. Martij.

I N F E S T O
S. JOSEPH CONFESSORIS. Ad Vesp. Antiph.

DO mine. Capitulum.

BEatus vir, qui inventus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecuniæ thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

Hymnus.

TE Joseph celebrent.
V. Os justi meditabitur sapientiam. Ad Magnif. Antiph.

JOseph. Oratio.
S. Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adju-

vemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur.

Qui vivis & regnas cum Deo.
In II. Vesp. Antiph. Capit. & Hymnus ut supra in primis.
V. Justus ut palma florebit.
Ad Magnificat Antiph.

Misus est.

Oratio Sanctissimæ. ut sup.
Deinde fit commemoratio de sequenti festo.

Die xx. Martij.

S. Joachimi Conf. & P̄ris B.V.M.
V. Potens in terra erit semen ejus. Oratio.

DEus, qui præ omnibus sanctis tuis beatū Joachim Genitricis Filij tui patrem esse voluisti: concede quæsumus, ut cujus festa veneramur, ejus quoque perpetuò patrocinia sentiamus. Per eundem Dominū.



Die xxj. Martij.

I N F E S T O
S. P. BENEDICTI
ABBATIS.

Ad Vesperas & Laudes Antiph.
I.



Benignus vir.
U it vir.

Festa Martij.

B Eatus vir Benedictus.

Gloriosus cōfessor Dñi.

Erat vir Domini.

Vir Dei Be nedi ctus.
Capitulum .



Ecce Confessor ma-
gnus : Qui quasi
stella matutina
in medio nebulæ,
& quasi luna ple-
na in diebus suis lucet : Et
quasi sol refulgens, sic ille
effulsit in templo Dei.

Hymnus.

Laudibus cives .

Antiphona ad Magnificat.

Exultet omnium .

Oratio .

Omnipotens sempiter-
ne Deus, qui hodie-
na die carnis educū
ergastulo beatū Con-
fessorem tuum Benedictum
sublevasti ad cœlum : conce-
de quæsumus, hæc festa tuis
famulis celebrantibus cūcto-
rum veniam delictorum ; ut,
qui exultantibus animis ejus
claritati congaudent, ipso a-

pu-
d te interveniente confoci-
entur & meritis . Per Dominū.

AD LAUDES.

*Antiphonæ & Capit. ut supri.
Hymnus.*

Inter æ ter na .

Ad Benedictus Antiphona.

San ctif si me . *Orão ut sup.*

IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in primis exceptâ
Antiphona ad Magnif.*

Ho die .

Oratio ut supra .



Die xxv. Martij.

IN FESTO
ANNUNTIATIONIS
BEATÆ MARIÆ V.

AD VESP.
ANTIPH.

Missus est .

Ave Ma ri a .

Ne timeas Mari a .

Festa Martij.

E Cce ancilla Domini.
Capitulum.

E Cce virgo concipiet,
& pariet filium, &
vocabitur nomen
ejus Emmanuel.
Butyrum & mel comedet, ut
sciat reprobare malum, & e-
ligere bonum.

Hymnus.

A Ve ma ris stel la.
Ad Magnificat Antiph.

S Pi ritus sanctus.
Oratio.

D Eus, qui de beata Mari-
æ virginis utero, Ver-
bum tuum, Angelo nū-
tiantē, carnem suscipere vo-
luisti: præsta supplicibus tu-
is; ut qui verè eam Genitri-
cem Dei credimus, ejus apud
te intercessionibus adjuvèur.
Per eundem Dominum &c.

In II. Vesp. òia ut in I. excepta
Antiphona ad Magnific.

G A briel Angelus.
Oratio ut supra.

Commemoratio Octavæ S.
Benedicti. *N. Justum dedu-
xit Dominus per vias re-
ctas. Orat. Omnipotens
sempiterne &c. ut supra.*
Deinde fit commem. Feriæ.

Festa Aprilis.



FESTA APRILIS.

Die ij. Aprilis.

S. Francisci de Paula Conf.
N. de Com. Conf. Oratio.

D Eus humilium celsi-
tudo, qui beatum Frā-
ciscum Confessorem,
sanctorum tuorum gloria su-
blimasti: tribue quæsumus,
ut ejus meritis & imitatiōe
promissa humilibus præmia
feliciter consequamur. Per
Dn̄m nostrum Jesum &c.

Die xj. Aprilis.

S. Leonis Papæ & Confessor.
*N. de Comm. Conf. Pontific.
Orat. Exaudi quæsumus.*

Die xij. Aprilis.

S. Hermenegildi Martyris.
N. de Com. M. Oratio.

D Eus, qui beatum Her-
menegildum marty-
rem tuum cœlesti re-
gno terrenum postponere do-
cuisti: da quæsumus nobis,
ejus exemplo caduca despi-
cere, atque æterna sectari.
Per Dominum nostrum &c.

Die xiv. Aprilis.

SS. Martyrum Tiburtij, Va-
leriani, & Maximi. *N. de
Com. MM. Oratio.*

P Ræsta quæsumus omni-
potens Deus: ut qui sã-
ctorum martyrum tu-
orum Tiburtij, Valeriani, &
Maximi solemniam colimus,
eorum etiam virtutes imi-

Festa Aprilis.

temur. Per Dominum &c.

Die xvij. Aprilis.

S. Aniceti Papæ & Martyr.
V. conveniens de Com. Un. M.

Oratio, Deus qui nos beati.

Die xxij. Aprilis.

**SS. Soteris & Caij Pontificū
& Martyrum.** V. conveniēs

& Oratio, Beatorum marty-
rum &c. de Com. plur. MM.

Die xxij. Aprilis.

S. Georgij Mart. V. conven.
de Comm. uni⁹ M. t. p. Oratio.

DEus, qui nos beati Ge-
orgij martyris tui me-
ritis & intercessione
lætificas : concede propitius;
ut qui tua per eum beneficia
poscimus, dono tuæ gratiæ
consequamur. Per Dominum.

Die xxv. Aprilis.

IN F E S T O
S. MARCI EVAN-
gelistæ. Omnia de Comm.
Apostolor. temp. Pasch. Oraõ.

DEus, qui beatū Mar-
cum Evangelistā tu-
um, Evangelicæ præ-
dicationis gratia su-
blimasti : tribue quæsumus,
ejus nos semper & eruditiõe
proficere, & oratione defendi.
Per Dominum nostrum.

Die xxvi. Aprilis.

**SS. Cleti & Marcellini Pontif.
& Martyrum.** V. de Commūi
Mart. temp. Pasch. Oratio.

BEatorum martyru, pa-
riterque Pontificū Cle-
ti & Marcellini nos Do-

Festa Maij.

mine foveat pretiosa confessi-
o : & pia jugiter intercessio
tueatur. Per Dominum .

Die xxvij. Aprilis.

S. Trudperti Martyris. V. de
Com. Mart. temp. Pasch. Ora-
tio, Præsta qm̄s om̄p̄ns De⁹, ut in̄g.

Die xxviii. Aprilis.

S. Vitalis Mart. V. de Comm.
Mart. temp. Pasch. Orat. Præ-
sta qm̄s om̄p̄ns Deus, ut qui.

Die xxix. Aprilis.

**S. Roberti Abbatis. Versus &
Oratio Intercessio. de Comm.**
Confess. non Pontif.

Die xxx. Aprilis.

S. Catharinæ Senensis virg.
V. de Com. virg. Oratio.

DA quæsumus omnipo-
tens Deus : ut qui bea-
tæ Catharinæ virginis
tuæ natalitia colimus, & an-
nua solemnitate lætemur, &
tantæ virtutis proficiamus
exemplo. Per Dominum.



F E S T A M A I J.

IN F E S T O
SS. APOSTOLORUM

Philippi & Jacobi.

Ad Vesperas

Antiphõæ.

D **O mine. Antiph.**

P **Hilippe, qui videt me.**

Tanto tempore.

Si diligitis me.

Capitulum.

Stabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustia verunt, & qui abstulerunt labores eorum.

Hymnus.

Tristes erant Apostoli.

Ad Magnificat Antiphona.

Non turbe tur.

Oratio.

Deus, qui nos annua Apostolorum tuorum Philippi & Jacobi solemnitate lætificas: præsta quæsumus, ut quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominum.

In II. Vesp. omnia ut in I. p̄ter Ant. ad Magnific.

Si manseritis in me.

Oratio ut supra.

Deinde fit commemoratio S. Athanasij Episcopi & Conf.

¶ Amavit eum Dominus, et ornavit eum, alleluja.

Oratio.

Exaudi quæsumus Domine. de Communi Conf. Pont.



**I N F E S T O
I N V E N T I O N I S
S . C R U C I S .**

Ad Vesperas Antiphonæ.

O Magnum.

S Alva nos.

Ecce crucem Domini.

Per signum crucis.

Capitulum.



Eratres, Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.

Hymnus.

Vexilla Regis prodeunt.

Ad Magnificat Antiph.

O Crux splendior.

Festa Maij.

Oratio.

DEus, qui in præclara salutifera Crucis inventione, passionis tuæ miracula suscitasti: concede, ut vitalis ligni pretio, æternæ vitæ suffragia consequamur. Qui vivis & regnas cum Deo. Deinde fit comm. S. Athanasij. *V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, alleluja.*

Orat. Exaudi. de Com. Conf. P. In II. Vesp. ðia ut in I. excepta Antipho. ad Magnif.

CRUCEM sanctã subjct.

Oratio ut supra.

Deinde fit com. S. Monicæ Vid. *V. Specie tua et pulchritudine tua, alleluja.* Oratio.

DEus, mœrentium Consolator, & in te sperantium salus, qui beatæ Monicæ pias lacrymas in conversione filij sui Augustini misericorditer suscepisti, da nobis utriusque intervētu peccata nostra deplorare, & gratiæ tuæ indulgentiam invenire. Per Dominum &c.

Die v. Maij.

S. Petri Martyris. *V. conven. de Comm. Mart. temp. Pasch.* Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: ut beati Petri martyris tui fidem congrua devotione sectemur: qui pro ejusdem fidei dilata-tione, martyrij palmam me-

ruit obtinere. Per Dominũ. Die vj. Maij.

S. Joannis ante portam Latinã. Vers. conven. de Comm. Apost. temp. Pasch. Oratio.

DEus, qui conspicias, quia nos undique mala nostra perturbant: præsta quæsumus; ut beati Joannis Apostoli tui & Evangelistæ intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum &c.

Die vij. Maij.

S. Stanislai Episcopi & Martyr. *V. conven. de Com. M. temp. Pasch.* Oratio.

DEus, pro cuius honore gloriosus Pontifex Stanislaus gladijs impiorum occubuit: præsta quæsumus; ut omnes, qui ejus implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dominum &c.

Die viij. Maij.

In Apparitione S. Michaëlis Archangeli.

Ad j. Vesp. *V. Stetit Angelus juxta aram templi, alleluja.* Ad ij. Vesp. *V. In conspectu Angelorum psallã tibi Deus meus alleluja.*

Oratio, Deus qui miris. fol.

Die ix. Maij.

S. Gregorij Nazianzeni Ep. & C. *V. conven. & Orat. Deus, qui populo tuo. de Com. Doct. f.* In I. Vesp. fit com. S. Beati Conf.

V. Iustum deduxit Dominus &c. alleluja. Orat. Deus qui nos S. Beati. de Com. C. f.

Die x. Maij.

**SS. Gordiani & Epimachi
martyrum. V. de Comuni
Mart. tem. Pasch. Oratio.**

DA quæsumus omnipotens Deus: ut qui beatorum martyrum tuorum Gordiani & Epimachi solemniam colimus; eorum apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum.

Die xij. Maij.

SS. Nerei, Achillei, & Domitilla virginis, atque Pancratij martyrum. V. de Comm. MM. temp. Pasch. Oratio.

Semper nos Domine, martyrum tuorum Nerei, Achillei, Domitilla, atque Pancratij foveat quæsumus beata solemnitas: & tuo dignos reddat obsequio. Per Dominum nostrum &c.

Die xiv. Maij.

S. Bonifacij martyris. V. de Comm. mart. tem. Pasch. Oratio.

DA quæsumus omnipotens Deus: ut qui beati Bonifacij martyris tui solemniam colimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum.

Die xvj. Maij.

S. Ubaldi Ep. & Conf. V. & Orat. Da quæsumus. de Com. C. Pon.

Die xvij. Maij.

S. Venantij M. V. de Com. Orat.

DEus, qui hunc diem B. Venantij Martyris tui triumpho conse-

crasti, exaudi preces populi tui, & præsta, ut qui ejus merita veneramur, fidei constantiam imitemur. Per D.

Die xix. Maij.

S. Petri Cœlestini Papæ & C. Versus de Comm. Conf. Pon. Oratio.

DEus, qui beatum Petrum Cœlestinum ad summi Pontificatus apicem sublimasti, quique illum humilitati postponere docuisti: concede propitius; ut ejus exemplo cuncta mundi despiciere, & ad promissa humilibus præmia pervenire feliciter mereamur. Per Dominum nostrum &c.

Com. S. Pudentianæ Virgin. V. & Orat. Exaudi. de Com. V.

Die xx. Maij.

S. Bernardini Conf. V. de Comm. Conf. non P. Orat.

Domine Jesu, qui beato Bernardino Confessori tuo eximium sancti nominis tui amorem tribuisti: ejus, quæsumus, meritis & intercessione, Spiritum nobis tuæ dilectionis benignus infunde. Qui vivis & regnas &c. ejusdem Spiritus.

Die xxij. Maij.

S. Romani Abbatis. V. & Oratio Intercessio. de Com. C.

Die xxv. Maij.

S. M. Magd. de Pazzis V. Orat.

DEus virginitatis amator, qui beatam Mariam Magdalenam Virginem

Festa Maij.

tuo amore succensam, cœlestibus donis decorasti; da, ut quam festiva celebritate veneramur, puritate, & charitate imitemur. Per Dn̄m. **Comm. S. Urbani Papæ & M. V. de Comm. Mart. Oratio.**

DA quæsumus omnipotens Deus: ut qui beati Urbani martyris tui atque Pontificis solemnia colimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum nostrum &c.

Die xxvj. Maij.

S. Philippi Nerij Confesso. V. de Comm. Conf. Oratio.

DEus, qui beatum Philippum Confessorem tuum Sanctorum tuorum gloria sublimasti: concede propitius; ut cujus solemnitatem lætamur, ejus virtutum proficiamus exemplo. Per Dominum nostrum &c.

Comm. S. Eleutherij Papæ & M. V. & Orat. Infirmis. de Com.

Die xxvij. Maij.

S. Joannis Papæ & M. V. & Oratio Deus qui nos. de Comm.

Die xxx. Maij.

S. Felicis Papæ & mart. V. & Oratio Infirmis. de Communi Mart.

Die xxxj. Maij.

S. Petronillæ Virginis. V. & Orat. Exaudi nos. de Communi Virginum.



Festa Junij.



FESTA JUNIJ.

Die ij. Junij.

SS. Martyrum Marcellini, Petri atque Erasmi. V. de Comuni Mart. Oratio.

DEus, qui nos annua, beatorum martyrum tuorum Marcellini, Petri, atque Erasmi solemnitatem lætificas: præsta quæsumus; ut quorum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per Dominum nostrum.

Die v. Junij.

S. Bonifacij Episc. & Mart. V. conv. & Orat. Deus qui nos beati. de Communi mart.

Die vj. Junij.

S. Norberti Episc. & confes. V. conv. de Com. C. P. Oratio.

DEus, qui beatum Norbertum confessorem tuum, atque Pontificem verbi tui præconem eximium effecisti, & per eum Ecclesiam tuam novam prole fecundasti: præsta quæsumus; ut ejusdem suffragantibus meritis, quod ore simul & opere docuit, te adjuvante exercere valeam. Per Dominum nostrum &c.

Die ix. Junij.

SS. Primi & Feliciani mart. V. conv. de Com. Mart. Orat.

FAc nos, quæsumus Domine, sanctorum martyrum tuorum Primi, & Feliciani semper festa se-

Festa Junij.

ctari : quorum suffragijs, protectionis tuæ dona sentiam?
Per Dominum nostrum.

Die xi. Junij.

S. Barnabæ Apostoli. V. conven. de Com. Apost. Orat.

DEus, qui nos beati Barnabæ Apostoli tui meritis & intercessione lætificas : concede propiti⁹; ut qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur. Per Dñm.

Die xij. Junij.

SS. Basilidis, Cyrini, Naboris & Nazarij martyrum. V. conv. de Com. Oratio.

Sanctorum martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, quæsumus Domine, natalitia nobis votiva resplendeant : & quod illis cōtulit excellentia sempiterna, fructibus nostræ devotionis accrescat. Per Dñm.

Die xij. Junij.

S. Antonij de Padua Conf. V. de Com. Conf. Oratio.

Ecclēsiam tuam, Deus, beati Antonij Confessoris tui solemnitas votiva lætificet : ut spiritualibus semper muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis. Per Dominum nostrum Jesum.

Die xiv. Junij.

S. Basilij Magni Episc. & C. V. conv. & Orat. Exaudi quæsumus Dñe. de Com. C. P.

Die xv. Junij.

SS. Viti, Modesti, atq; Crescentiæ mart. V. de Com. Orat.

DA Ecclesiæ tuæ, quæsumus Domine, sanctis martyribus tuis Vito, Modesto, atque Crescentia intercedentibus, superbè non sapere, sed tibi placita humilitate proficere : ut prava despiciens, quæcumq; recta sunt, libera exerceat charitate. Per Dñm.

Die xvij. Junij.

SS. Marci & Marcelliani martyrum. V. de Com. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus : ut qui sanctorum martyrum tuorum Marci & Marcelliani natalitia colimus ; à cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum.

Die xix. Junij.

SS. Gervasij & Protasij martyru. V. & Orat. Deus, qui nos annua. de Com. plur. mart.

Die xx. Junij.

S. Silverij Papæ & martyris. V. & Orat. Infirmitatē. de Comuni unius Martyris.

Die xxij. Junij.

S. Paulini Episc. & Confes. V. & Orat. Da quæsumus. de Comm. Conf. Pont.



Festa Junij.



IN NATIVITATE
S. JOANNIS BAPT.



AD VESP.
ANTIPH.

Angelus pfe præibit.

Joannes.

Ex utero senectutis.

Iste puer.

Audite insulæ, & attendite populi de longè: Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei.

Hymnus.

Ut queant laxis.

Ad Magnificat Antiph.

In gressu Zacharia.

Oratio.

Deus, qui præsentem diem honorabilè nobis in beati Joannis nativitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiã

gaudiorum: & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per Dominum nostrum.

Ad II. Vesp. Antiphonæ.

Eli sabeth Zachariæ.

In nue bant.

Joannes voca bitur.

Tu puer, Propheta.

Capitul. & Hymn. ut supr.
Ad Magnificat Antiph.

Puer.

Oratio ut supra.
Et fit comm. S. Guilielmi Ab.
¶ & Orat. Intercessio. de Cõ.

Die xxvj. Junij.

SS. Martyrũ Joannis & Pauli. ¶. Lætamini. Oratio.

Quæsumus omnipotès Deus: ut nos geminata lætitia hodiernæ festivitatis excipiat, qua de beatorum Joannis & Pauli glorificatione procedit: quos eadem fides & passio verè fecit esse germanos. Per Dominum.

Die xxviiij. Junij.

S. Leonis Papæ & Confess. Versus de Com. Conf. Põt.

Oratio.

Festa Junij.

Deus, qui beatum Leonem Pontificem, sanctorum tuorum meritis coæquasti: concede propitius; ut qui commemorationis ejus festa percolimus, vitæ quoque imitemur exempla. Per Dominum.



I N F E S T O
S S. P E T R I E T P A U L I
Apostol. Ad Vesp. Ant.

Petrus, & Johannes.

Argentum.

Dixit Angelus ad Petrum.

Tu es Petrus.
Capitulum.

Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autem quia placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet & Petrum. **Hymn.**

Aurea luce.

Festa Julij.

Ad Magnificat Antiph.

Tu es pastor ovium.

Oratio.

Deus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri & Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesie tuæ, eorum in omnibus sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordium. Per Dominum nostrum.

In ij. Vesp. Ant. Juravit. de Com. Apost. Cap. & Hymnus ut supra. Ad Magn. Ant.

Hodie Simon Petrus.
Oratio ut supra.

F E S T A J U L I J.
In Festo

S S. A N G E L O R U M
C U S T O D U M.

Angelis suis.

Laudemus Dominum.

Angeli eorum.

Laudate Deum.

Festa Julij.

Capitulū.

Ecce, ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem paravi. Observa eum, & audi vocem ejus.

Hymnus.

Custo des hominum.
Ad Magnificat Antiph.

Omnes.


Oratio.

Deus, qui ineffabili providentia sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æterna societate gaudere. Per Dominum nostrum.

In ij. Vesp. Ant. Cap. Hym. ut supra
In conspū Angelorū psallā tibi Deus meus. Ad Magn. Ant.

Sancti Angeli.

Si contingat fieri in j. Vesp. com. diei Oct. SS. Petri & Pauli, erit V. Constitues. Oꝛo Deꝝ cujꝝ f.



Die x. Julij.

SS. Martyrum Septem fratrum ac Rufinæ & Secundæ virginum & martyrum. V. de Comm. plurim. Mart. Orat.

Praesta quaesumus omnipotens Deus: ut qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominum nostrum.

Die xj. Julij.

**I N F E S T O
C O M M E M O R A T I O I S
S . P . B E N E D I C T I**

Omnia ut in ejus Festo xxj. Martij sol. pter ea quæ sequuntur. Oratio.



Exulta Domine in Ecclesia tua Spiritum, cui beatus Benedictus Abbas servivit: ut eodem nos repleti, studeamus amare, quod amavit; & opere exercere, quod docuit. Per Dominum nostrum. in unitate ejusdem Spiritus.

In ij. Vesp. Ad Magnif. Ant.

O Cœlestis.

Die xij. Julij.

S. Joannis Guaberti Abbat. V. & Orat. Intercessio. de Cō. Et fit comm. SS. Naboris & Felicis Mart. V. de Cōm. Orat.

Praesta quaesumus Dñe: ut sicut nos sanctorū Martyrum tuorū Naboris & Felicis natalitia celebranda non deferunt; ita jugiter suffragijs comitētur. Per Dominum nostrum.

Festa Julij
Die xij. Julij
Alexii Cont.
qui nos beati
Die xij. Julij
IN F
JACOB
Comma de Con
per Orat.
Sto D
tua
& cu
socio
ra præditi
tibi placet
delervat. Pe
lii Vesp fit
maris B. Mar
V. que tua e
neua. Or
D
Eus, qui
gratiam
gnatus e
is unigeni
F
fici memetur
propitius
a celebramus
patrocinij
eodem Domi
FESTA AD
Die Aug
IN F
S. STEHA
& Mar
de Comm
ris. Orat
in ij. Vesp

Festa Julij.

Die xvij. Julij.

S. Alexij Conf. N. & Orat. Deus qui nos beati. de Com. Conf.

Die xxv. Julij.

IN FESTO S. JACOBI APLI. Omnia de Comm. Apostol. pter Orat. Oratio.

Sto Domine plebi tuæ sanctificator & custos : ut Apostoli tui Jacobi munita præsidijs, & conversatiõe tibi placeat, & secunda mente deferviat. Per Dominum.

In ij. Vesp. fit com. S. Annæ matris B. Mariæ Virginis. N. Specie tua et pulchritudine tua. Oratio.

Deus, qui beatæ Annæ gratiam conferre dignatus es, ut Genitricis unigeniti Filij tui mater effici mereretur : concede propitius ; ut cujus solemnia celebramus, ejus apud te patrocinijs adjuvemur. Per eundem Dominum.



FESTA AUGUSTI.

Die ij. Augusti.

IN FESTO S. STEPHANI PAPÆ & Martyris. Omnia de Communi unius Martyris. Orat. Deus qui nos beati. In ij. Vesp. si non fit Sabbatũ,

Festa Augusti.

fit comm. Invent. S. Stephãi Protomart. N. Gloria et honore coronasti cum Dõine.

Oratio.

Domine, quæsumus, ut discamus & inimicos diligere : quia ejus Inventionem celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum.



Die x. Augusti.

IN FESTO S. LAURENTIJ M.



AD VESP. ANTIPH.

Auren tius.

L Auren tius.

A Dha sit.

B E a tus Laurentius. Capitulum.



Fratres, Qui parcẽ seminãt, parcẽ & metet, & qui seminãt in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Hymnus.

Festa Augusti.

D Eus tuorum militū.
Ad Magnific. Antiph.

L Evi ta Lauren tius.
Oratio.

D A nobis, quæsumus om-
nipotens Deus, vitiorū
nostrorum flamas ex-
tinguere: qui beato Laurentio
tribuisti tormentorum suorū
incendia superare. Per Dñm.
*In ij. Vesp. omnia ut in j. p̄ter
Antiph. ad Magnific.*

B E a tus Laurentius.
*Deinde fit com. SS. Tiburtij
& Susannæ Martyrū. V. La-
tamini in Domino et exulta-
te iusti. Oratio.*

S Anctorum martyrum
tuorum Tiburtij & Su-
fannæ, nos Domine fo-
veant continuata præsidia:
quia non desinis propiti⁹ in-
tueri, quos talibus auxilijs
concesseris adjuvari. Per D.



IN ASSUMPTIONE
B. M. V. Ad Vesp. & Laud. Ant.



A ssumpta est
Maria in cælū.

M ARIA virgo assūpta est.

I N o do rem .

B E ne dicta .

P Ulchra es & decora .
Capitulum.

I N omnibus requiē
quæsiui, & in here-
ditate Domini mora-
bor. Tunc præcepit
& dixit mihi Creator omni-
um: & qui creavit me, requi-
evit in tabernaculo meo.

Hymnus.

A Ve ma ris stella.
Ad Magnificat Antiph.

V Irgo prudentis sima.
Oratio.

F Amulorum tuorum,
quæsumus Domine, de-
lictis ignosce: ut qui
tibi placere de actibus n̄ris
non valemus, Genitricis Filij
tui Domini nostri intercessi-
one salvemur. Per eundem.
In Laud. Ant. & Cap. ut sup̄.
Hymnus.

O Glo riosa Domina.

Festa Aug
Ad Benedic
Olla est
Oratio
In ij. Vesp. omnia
Antiphon.
H O di
Deinde fit com
thi Cont. N. 8
qui nos beati
Dicitur
IN FE
S BARTH
Apost
Omnia de Co
folorum exc
Mni po
ne De
dij ve
cum
in beati Anto
tomari festiva
da Ecclesia tua
& amare quod
predicare quo
Dominum nost
In ij. Vesp. si ho
venit in Sa
S. Ludovici Co
Comm Conf.
D Es qui i
viam co
tum, de
gno ad coelis r
transfultis: quos
meritis & merc
is regum iha C

Festa Augusti.
Ad Benedict. Antiph.

Quæ est i sta.

Oratio ut supra.

In ij. Vesp. omnia ut in j. p̄t.
Antiphon. ad Magn.

Hodie.

Deinde fit comm. S. Hyacinthi Conf. & Orat. Deus qui nos beati. de Com. Cōf.

Die xxiv. Augusti.

**IN FESTO
S. BARTHOLOMÆI,
Apostoli.**

Omnia de Communi Apostolorum excepta Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui hujus diei venerandam sanctamque lætitiã, in beati Apostoli tui Bartholomæi festivitãte tribuisti: da Ecclesiæ tuæ, quæsumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per Dominum nostrum.

In II. Vesp. si hoc festum non venerit in Sabbato, fit com. S. Ludovici Conf. & de Comm. Conf. Oratio.

Deus, qui beatum Ludovicum confessorem tuum, de terreno regno ad celestis regni gloriam transtulisti: ejus quæsumus meritis & intercessione, Regis regum Jesu Christi Filij

Festa Septembris.
tui facias nos esse confortes.
Per eundem Dominum.



FESTA SEPTEMBRIS

**IN ANNIVERSARIO
DEDICATIONIS
Utriusque Ecclesiæ Mona-
sterij S. Blasij.**

**AD VESPERAS
ANTIPHON.**



Omnia tu-
am Domine.

Domus mea.

Hæc est domus Domini.

Benè fundata est.

Lapidibus pretiosis.

Capitulū.



Idi civitatem factam
Jerusalem novam
descendentem de
coelo à Deo, paratam
sicut sponsam ornatam viro
suo.

H Y M N U S.

U Rbs Jerusalem beata.
V. Hæc est domus Domini firmiter ædificata.

Ad Magnific. Antiph.

S Anctifica vit.

Oratio.



D Eus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui cōsecrationis reparas diem, & sacris semper mysterijs repræsentas incolumes: exaudi preces populi tui, & præsta; ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Per Dominum nostrum &c.
Pro comm. Dedicat. alterius Ecclesiæ V. Domus mea.
Oratio.

D Eus, qui invisibiliter omnia continet, & tamen pro salute generis humani signa tuæ potentia visibiliter ostendis: templum hoc potentia tuæ inhabitationis illustra, & concede; ut omnes, qui huc deprecaturi conveniunt, ex quacumque tribulatione ad te clamaverint, consolationis tuæ beneficia consequantur. Per Dominum.
Deinde fit commemoratio Dominicæ occurrentis.

AD LAUDES

Antiph. & Capit. ut supra.
Hymnus.


A ngularis fūdamentū.
V. Hæc est domus Domini firmiter ædificata.

Ad Benedictus Antiph.

Z Achæ festinās descēde.

Orat. Deus, qui nobis. ut sup. Pro comm. Dedicat. alteri⁹ Ecclesiæ V. & Orat. ut in j. V. Et fit com. Dominicæ.

IN II. VESPERIS AN-
tiph. &c. ut in j. V. Domū tuā Dñe decet sanctitudo. Ad Magn. Ant.

O Quam metuendus

 est locus iste.

Orat. Deus, qui nobis. ut sup. Pro comm. Dedicat. alterius Ecclesiæ V. Hæc est domus Domini firmiter ædificata. Oratio, Deus, qui invisibiliter. ut supra. Et fit comm. Dñcæ.

Dic vi. Septembris.

S. Magni Confessoris. V. & Orat. Deus qui nos. de Comm. Confess. non Pont.



Festa Septembris.



**IN NATIVITATE
B. MARIE VIRG.
Ad Vesperas Antiphonæ.**

Nativitas glo-
riosa.

Nativitas est ho die.

Regali ex pgenie Maria.

Cum jucunditate.

Capitulum.

A B initio, & ante sæ-
cula creata sum, &
usque ad futurum
sæculum non desi-
nam, & in habitatione san-
cta coram ipso ministravi.

Hymnus.

Ave ma ris stella.

*Nativitas est hodie sancta
Mariæ virginis. Ad Magnif.*

Gloriosa.

Oratio.

Famulis tuis, quæsu-
mus Domine, cœle-
stis gratiæ munus im-

partire: ut quibus beata Vir-
ginis partus extitit salutis
exordium, Nativitatis ejus
votiva solemnitas, pacis tri-
buat incrementum. Per Do-
minum nostrum &c.

*Inij. Vesp. oia ut in j. excepta
Antiph. ad Magnific.*

Nativitas tu a.

Oratio ut supra.

Deinde fit commemoratio
sequentis.

Die ix. Septembris.

**S. Gorgonij mart. & Gloria
et honore coronasti eum Dne. Ora.**

Sanctus tuus, Domine,
Gorgonius sua nos in-
tercessione lætificet: &
pia faciat solemnitate gau-
dere. Per Dominum &c.

Die x. Septembris.

**S. Nicolai de Tolentino, Conf.
& conven. & Orat. Adesto Do-
mine. de Comm. Conf. nō P.**

Die xi. Septembris.

**IN FESTO
SS. FELICIS ET RE-
gulæ Martyrum.**

**Omnia de Com. plur. Mart.
Oratio.**

Deus, qui nos conce-
dis sanctorum mar-
tyrum tuorum Fe-
licis & Regulæ nata-
lita colere: da nobis in æter-
na beatitudine de eorum so-
cietate gaudere. Per Domi-
num nostrum &c.

Festa Septembris.

Diexiv. Septembris.

In festo Exaltationis S. Crucis oia ut in Invēt. V. Hoc signū Crucis erit in cælo.

Deus, qui nos hodierna die Exaltationis sanctæ Crucis annua solemnitate lætificas: præsta quæsumus, ut cujus mysterium in terra cognovimus, ejus redemptionis præmia in cælo mereamur. Per eundem Dominum &c.

Commemorat. Octavarū. In ij. Vesp. Ad Magn. Anti.

Crux benedicta.

Commemoratio Octavarū, & S. Nicomedis martyris. V. Gloria et honore coronastium Domine.

Oratio.

Adesto, Domine, populo tuo: ut beati Nicomedis martyris tui merita præclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam semper ejus patrocinij adjuvetur. Per Dominū.

Die xvj. Septembris.

SS. Martyrum Cornelij & Cypriani. Vers. & Orat. Beatorū martyrum pariterq; de Com. plur. Mart. Com. SS. Euphemix, Lucix, & Geminiani mart. V. de Com. Orat.

Præsta, Domine, precibus nostris cum exultatione proventum: ut sanctorum martyrum,

Euphemix, Lucix, & Geminiani, quorum diem passionis annua devotione recolimus, etiam fidei constantiam subsequamur. Per Dñm.

Die xxj. Septemb.

IN FESTO S. MATTHÆI APOSTOLI & Evangelistæ.

Omnia de Comuni Apostolorum præter Orationem.



Beati Apostoli & Evangelistæ Matthæi Domine, precibus adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessionem donetur. Per Dominū. In j. Vesp. Comm. SS. Mart. Eustachij & socior. V. Exultabunt sancti in gloria. Orat.

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum, Eustachij & sociorum ejus, natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dñm. In ij. Vesp. fit comm. SS. MM. Mauritij & sociorum.

V. Latamini in Domino, et exultate justi. Oratio.

Annue, quæsumus omnipotens Deus: ut sanctorum martyrum tuorum, Mauritij & sociorum ejus, nos lætificet festiva solemnitas; ut quorum suffragijs nitimur, eorum natalitij gloriemur. Per Dominū.

Festa Septembris .

Die xxij. Septemb.

S. Lini Papæ & Mart. V. & oratio Deus qui nos. de Com. Comm. S. Theclæ Virg. & Mart. V. de Com. Virg. Orat.

DA quæsumus omnipotens Deus: ut qui beatæ Theclæ virginis & martyris tuæ natalitia colim? & annua solemnitate lætēur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per Dominum &c.

Die xxiv. Septemb.

In festo Impressionis sacrorum Stigmatum in corpore beati Francisci. In utrif. V. V. Signasti Domine servū tuum Franciscum.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflāmandū corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci Passionis tuæ sacra Stigmata renovasti: concede propitius; ut ejus meritis, & precibus crucem jugiter feramus, & dignos fructus pœnitentiæ faciamus. Qui vivis & regnas cum Deo &c.

Die xxvj. Septemb.

SS. Cypriani & Justinæ martyrum. V. de Com. MM. Orat.

BEatorum martyrum Cypriani & Justinæ nos, Domine, foveant continuata præsidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs cōcefferis adjuvari. Per Dñm.



IN FESTO DEDICATIONIS S. Michaëlis Archangeli. Ad Vesper. Antiphon.



Tetit Angelus.

Dum præliare tur.

Archangele Michaël.

Angeli, Archangeli. Capitulum.

Significavit Deus quod oportet fieri citò, loquens per Angelum suum servo suo Joanni: qui testimonium perhibuit verbo Dei: & testimonium Jesu Christi, quæcumque vidit. Hymnus.

Tibi Christe splendor Patris.


Ad Magnificat Antiph.

Dum factum.

Festa Octobris.

Oratio.

DEus, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas: concede propitius; ut à quibus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dñm. In ij. Vesp. oia ut in j. præter Antiph. ad Magnif.

P Rinceps gloriosissime. Deinde fit comm. S. Hieronymi Presbyteri & Conf. *¶. Amavit cum Dominus, et ornavit eum.*

Oratio.

DEus, qui Ecclesiæ tuæ in exponendis sacris Scripturis beatū Hieronymum confessorem tuū, doctorem maximum providere dignatus es: præsta quæsumus; ut ejus suffragantibus meritis, quod ore simul & opere docuit, te adjuvante exercere valeamus. Per Dominum nostrum &c.



FESTA OCTOBRIS.

Die iv. Octobris.

S. Francisci Conf. ¶. conv. de Com. C. Oratio.

DEus, qui Ecclesiã tuam beati Francisci meritis foetu novæ prolis amplificas: tribue

nobis ex ejus imitatione terrena despiciere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per Dñm.

Die v. Octobris.

I N F E S T O S S. PLACIDI ET Sociorum Martyrum. Oia de Comm. plurim. Martyrū pter Orat. Oratio.

OMnipotens sempiternus Deus, qui hodierna die beatissimum Placidū cū Socijs, per martyrij palmā ad regna siderea sublevasti: concede propitius; ut quod eorum amore deprecamur, illorum intercessione consequi mereamur. Per Dñm.

In I. Vesp. fit com. S. Francisci ¶. Justum deduxit Dominus per vias rectas. Orat. ut sup.

In ij. Vesp. fit com. S. Fidei V. & Mart. ¶. Specie tua. Oratio Indulgentiam. de Com. V.

Die x. Octobris.

S. Brunonis Conf. ¶. conv. de Com. C. Oratio.

Sancti Brunonis confessoris tui, quæsumus Domine, intercessionibus adjuvemur: ut qui Majestatem tuam graviter delinquendo offendimus; ejus meritis & precibus, nostrorum delictorum veniã consequamur. Per Dominum.

Die xiv. Octobris.

S. Callisti Papæ & Martyr.

Festa Octo
de Comm. M.
Eis, qui no
tis ex nostr
tare debent
tum nos mi
per Sancto
compla reaura
Die xv. Octo
S. Terentia Virg. ¶
Virg. Oratio
¶. Xaudi nos
taris nostr
de beata Te
pis tua festiva
nos; ita cœlestis
dona patulo nu
sua devotioni
zeta. Per Dñm
Die xvij. Octo
I N F E S T O
S. LUCÆ EV
Omnia de Comm
solorum vater C
¶. Narven
his, quæ
mine, sa
us Luca
illa: qui crucis r
nomem jugiter in
repro tu nom
parit. Per Dñm
¶. ix. Octo
S. Pauli Alcant
¶. de Com. Con
Domi beati
tu confel
un mirab
nitentia
templatione mune
trare dignus es

Festa Octobris.

V. de Comm. M. Oratio.

DEus, qui nos conspicias ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer per Sanctorum tuorum exempla restaura. Per Dnm.

Die xv. Octobris.

S. Tereſiæ Virg. V. de Com. Virg. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ Tereſiæ virginis tuæ festiuitate gaudeamus; ita cœlestis ejus doctrinæ pabulo nutriamur, & piæ devotionis erudiãur affectu. Per Dominum &c.

Die xvij. Octobr.

IN FESTO

S. LUCÆ EVANG.

Omnia de Communi Apostolorum præter Orationē.



Interveniat pro nobis, quæsumus Domine, sanctus tuus Lucas Evangelista: qui crucis mortificationem jugiter in suo corpore pro tui nominis honore portavit. Per Dominum.

Die xix. Octobris.

S. Petri de Alcantara Cōf. V. de Comm. Conf. Orat.

DEus, qui beatum Petrum Confessorem tuum admirabilis poenitentia, & altissima contemplationis munere illustrare dignatus es: da no-

Festa Novembr.

bis quæsumus, ut ejus suffragantibus meritis carne mortificati, facilius cœlestia capiamus. Per Dominum.

Die xxvij. Octobris.

IN FESTO SS. APOSTOLORŪ SIMONIS ET JUDÆ

Omnia de Communi Apostolorum præter Orationē. Oratio.



DEus, qui nos per beatos Apostolos tuos Simonem & Judam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per Dominum nostrum &c.



FESTA NOVEMBRIS.

Die j. Novembris.

IN FESTO OMNIUM SANCTOR.

Ad Vesperas & Laud. Antiphonæ.



Idi turbam magnam.



Tom nes.

Festa Novembris.

Redemisti nos Domine Deus.

Benedicite Dominum.

Hymnus omnibus sanctis eius.

Capitulum.



Ecce ego Joannes vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi: & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terrae, & mari, dicens: Nolite nocere terrae, & mari, neque arboribus, quoad usque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.

Hymnus.

Christe, redemptor omnium.

V. Latamini in Domino, et exultate justi.

Ad Magnificat Anti.

Angeli, Archangeli.

Oratio.



Omnipotens sempiternus Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub una tribuisti celebritate venerari: quaesumus, ut desideratam nobis tuae propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum nostrum.

AD LAUDES.

Antiphonae & Cap. ut sup. Hymnus.

Jesu salvator saeculi. Ad Benedict. Antiph.

Te gloriosus. Oratio ut sup.

IN II. VESPERIS

Ant. Cap. & Hymn. ut sup.

V. Exultabunt Sancti in gloria.

Ad Magnificat Antiph.

O quam gloriosum est regnum.

Oratio ut sup.

Dic viij. Novembris.

In Octava omnium Sanctorum omnia ut in die Festi.

In j. Vesp. fit commemor. SS. Martyrum Quatuor Coronatorum.

Festa Novembris .

N. Exultabunt sancti in gloria . Oratio.

Praesta quaesumus omnipotens Deus : ut qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus , pios apud te in nra intercessione sentiamus . Per Dominum nostrum &c .

In ij. Vesp. à Cap. de Dedicat. Basilicae Salvatoris . omnia ut supra folio Et fit commem. omnium Sanctorum, & S. Theodori martyris .

N. Gloria et honore coronasti eum Domine .

Oratio.

Deus, qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circumdas & protegis : praesta nobis , ex ejus imitatione proficere , & oratione fulciri . Per Dominum nostrum &c .



Die xij. Novembris.

IN FESTO OMNIUM SS. MONACHORUM


Ord. S. P. Benedicti .

Ad Vesperas Antiph.

Fulgebunt iusti

Beati eritis .


Gaudent in caelis .


O  Quam gloriosum est regnum .

Capitulum .

Ecce ego , & pueri mei , quos dedit mihi Dominus in signum , & in potentum Israel à Domino exercituum , qui habitat in monte Sion .

Hymnus .

A  Ave te solitu dinis .
Ad Magnificat Antiph.

E  Exultet omnium .

Oratio .

Concede quaesumus omnipotens Deus : ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocet , quatenus , quorum solemnia agimus , etiam actus imitemur . Per Dnūm .

In ij. Vesp. oia ut in j. praeter Antiph. ad Magnif.

I  In regeneratione .
Pro com. S. Martini Pap. M. N. Gloria et honore coronasti eum Domine . Oratio. Deus qui nos beati . de com.

DEus, qui nobis beati Ber-
tholdi Abbatis gloriosa
merita virtutib⁹ & mira-
culis evidenter declarasti: da
nobis ejus patrocinio salutem
mentis & corporis; ut ipsius
exempla devotè sequentes, à
malis omnib⁹ liberati, ad te
pervenire mereamur. Per Dom:

Die xiv. Septembris.

**In Festo Exaltationis S. Cru-
cis. Hymnus.**

V Ex illa Re gis

pro deunt.

E x illa Re gis

pro deunt.

I n festo Exaltationis

S. Crucis.

Hymnus.

V Ex illa Re gis

pro deunt.

Festa Novembri

P ro deunt.

E x illa Re gis

pro deunt.

I n festo Exaltationis

S. Crucis.

Hymnus.

V Ex illa Re gis

pro deunt.

I n festo Exaltationis

S. Crucis.

Hymnus.

V Ex illa Re gis

**COM
SAN**

**COMMU
APOSTOLOR
EVANGELI
Ad i. Vesp. Antiph**

H ymnus.

M agister char

V orum m

I n pientia

Capitulum
Ratres Ja
his hostes
re: sed estis
morum.
fici Deozific
fundamentum Apost
& Prophetam, ipse
angularis de Chr
R. D. Decimas.
Hymnus.

COMMUNE SANCTORUM.

COMMUNE
APOSTOLORUM
ET EVANGELISTAR.

Ad j. Vesp. Antiphonæ.

Hoc est præ-
ceptū meū.

Maximam a morem charitatē.

Vos amici mei estis.

In patientia vestra.

Capitulum.

Fratres, Jam non estis hospites & advenæ: sed estis cives sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.

R. Deo gratias.

Hymnus.

EXultet cœlū laudibus
In omnem terram exiit
sonus eorum.

Ad Magnificat Antiph.

Tradent enim vos.
Oratio propria.

IN II. VESP. ANTI-
PHONÆ.

Juravit
Dominus.

Collocet eum Dominus.

Dirupisti Domine.

Confortatus est.

Capit. & Hymn. ut supra.

Annunciaverunt opera Dei.

Ad Magnificat Anti.


Estote fortes in bello.


Comm. Apost. temp. Pas.


COMMUNE
APOSTOLORUM
ET EVANGELISTAR.

Tempore Paschali.
Ad Vesperas Antiphonæ.

S 
Sancti tui,
Domini e florebut.

I 
In coelestibus regnis.


I 
In velamento.

F 
Fulgebunt iusti.


Capitulum.

S Tabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum.


Hymnus.

T 
Tristes erant Apostoli.
Sancti et iusti in Domino gaudete, alleluja.

Ad Magnificat Anti.


L 
Lux perpetua.
Oratio propria.


Comm. unius Martyr.
In ij. Vesp. Ant. Cap. & Hym. ut
sup. Pretiosa in conspectu Domini,
alleluja. V.
Ad Magnificat Antipho.


S 
Sancti & iusti.

COMMUNE
UNIUS MARTYRIS
EXTRA TEMP. PASCH.
Ad Vesperas Antiphonæ.

Q 
Qui me confessus fuerit.

Q 
Qui sequitur me.

Q 
Qui mihi ministrat.

V 
Volo Patrem.
Capitulum.

B Eatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quã repromisit Deus diligentibus se.
Hymnus.

D 
Deus tuorum militum.

Comm. unius
Gloria et honore
fi cum Domine.
Ad Magnificat
Ste Land
Pro Mart. & Pon
Nfirmitatem
refice omni p
Deus: & quia
proprie actionis gr
martyris tu
mificis intercedi
i nos protegat. P
Alia Oratio.
Eus, qui nos
martyris tu
Pontificis an
mitate laticas
depropius; ut cui
miamus, de cui
am prolixe ga
Per Domum nois
Pro Mart. tant
D Ratiua sum
nypus Deus
I beati mart
malitia dimus,
sue eius nui no
noboremur. Pe
Alia Oratio
Illa quafi
mens Deus
I dente bea
martyro, & a cu
adventibus liber
in corpore a prav
tatione munde
mente. Dominu
In ij. Vesp. Ant. Cap
& Hymnus sup

Comm. Unius Mart.
V. Gloria et honore corona-
stium Domine.
Ad Magnificat Anti.

Iste sanctus.

Pro Mart. & Pont. Oratio.

Infirmi-
tatem nostrā
respice omnipotens
Deus : & quia pondus
propriae actionis gravat, be-
ati **N.** martyris tui atque
Pontificis intercessio glori-
osa nos protegat. Per Dñm.

Alia Oratio.

Deus, qui nos beati **N.**
martyris tui atque
Pontificis annua so-
lemnitate latificas : conce-
de propitius ; ut cujus nata-
litia colimus, de ejusdē eti-
am protectione gaudeam?
Per Dominum nostrum &c.

Pro Martyre tantū Orat.

Praesta quaesumus om-
nipotens Deus : ut qui
beati **N.** martyris tui
natalitia colimus, interces-
sione ejus in tui nominis a-
more robaremur. Per Dñm.

Alia Oratio.

Praesta quaesumus om-
nipotens Deus : ut in-
tercedente beato **N.**
martyre tuo, & a cunctis
adversitatibus liberemur
in corpore, & a pravis cogi-
tationibus mundemur in
mente. Per Dominum &c.
In ij. Vesp. Ant. Capitulum
& Hymnus ut supra.

29
Comm. plurim. Mart.
V. Justus ut palma florebit.
Ad Magnific. Anti.

Qui vult venire post
me.

COMMUNE
UNIUS
VEL PLURIM. MM.

Temp. Paschali.

Omnia ut sup̄ in Com̄. Apo-
stol. temp. Pasch. p̄ter Hym.
Hymn. pro uno Mart.

Deus tuorum militum.
Hymn. pro plurib. Mart.

Rex gloriose Martyrū.

COMMUNE
PLURIM. MAR.
EXTRA TEMPUS PASCH.
AD I. VESPER.
Antiphonæ.

Omnis
sancti.

Commune plurimorū Martyrū.

Alia Oratio .

C Um palma .

C Orpora sancto rū .

M Artyrum chorus .

Capitulum .

J Ustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientiū mori: illi autem sunt in pace.

Hymnus .

S Anctorum meritis .

V. Latamini in Domino, et exultate justi.

Ad Magnificat Antiph.

I Sto rum est enim .

Oratio pro plurib. Martyribus & Pontif.

B Eatorum martyrum, pariterque Pontificū **N. & N.** nos, quæsum⁹ Domine, festa tueantur: & eorum comendet oratio veneranda. Per Dominum.

Si non fuerint Pont. Orat.

D Eus, qui nos concedis sanctorum martyru tuorum **N. & N.** natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dñm.

D Eus, qui nos annua sanctorum martyru tuorum **N. & N.** solemnitate lætificas: concede propitius; ut quorum gaudemus meritis, accendāur exemplis. Per Dominum.

IN II. VESP. ANTI-
PHONAE.

I Sti sunt

san cti .

S An cti per fidem .

S Anctorū velut aquilæ .

A Bsterget Deus .

Capit. & Hymn. ut sup. *V. Exultabunt sancti in gloria.*

Ad Magnific. Antiphōa.

G Audent in cœ lis .



Commune
COMMUNE
CONFESSIO
PONTIFICI
Ad Vesperas Antiphona
Cœ
dos
On est inven
Deo jurij
Ere bo
Capitulum.
De sacro
gus, qui
his plac
binvent
in tempor
sanctus et reco
Hymnus.
te confes
Ami eum Do
ri eum.
Tempor. addit A
Ad Magnific. An
Accus & Po

Commune Confessoris Pontificis.

COMMUNE
CONFESSORIS
PONTIFICIS.
Ad Vesperas Antiphon.

Ecce sacer-
dos magnus.

Non est inventus.

Ideo jurejurando.

Serve bo-
ne.

Capitulum.

Ecce sacerdos ma-
gnus, qui in dieb⁹
suis placuit Deo,
& inventus est ju-
stus: & in tempore iracun-
diæ factus est reconciliatio.

Hymnus.

Iste confessor.

V. A mavit eum Dominus,
et ornavit eum.

Temp. Pasch. addit *Alleluja.*
Ad Magnific. Antiph.

Sacerdos & Pontifex.

Pro Doctoribus in utrisque
Vesperis Ant. ad Mag.

O Doctor optime.
Oratio.

DA, quæsumus omni-
potens Deus: ut bea-
ti **N.** confessoris tui
atque Pontificis veneranda
solemnitas, & devotionem
nobis augeat, & salutem.
Per Dominum nostrum &c.

Alia Oratio.

EXaudi quæsumus Do-
mine preces nostras,
quas in beati **N.** Con-
fessoris tui atque Pontificis
solemnitate deferimus: &
qui tibi dignè meruit famu-
lari, ejus intercedentib⁹ me-
ritis ab omnibus nos absol-
ve peccatis. Per Dominum.

Pro Doctoribus Oratio.

Deus, qui populo tuo
æternæ salutis beatū
N. ministrum tribui-
sti: præsta quæsumus; ut quē
doctorem vitæ habuimus in
terris, intercessorem habere
mereamur in cælis. Per Dm̄.

In ij. Vesp. oia ut in j. pter seq.
V. Justū deduxit Dñs per vias rectas.
t. p. *Alleluja.* Ad Mag. Anā.

A mavit eum Domin⁹.
Alia pro solis sumis Pontif.

Dum esset sum⁹ Pōtifex.

COMMUNE
CONFESSORIS
NON PONTIFICIS

AD VESP.
ANTIPH.
D O mine.

E Uge serve bo ne.

F idelis servus & prudēs.

S Erve bo ne.

Capitulum.

B Eatus vir, qui invē-
tus est sine macula,
& qui post aurū non
abijt, nec speravit
in pecuniæ thesauris : quis
est hic, & laudabimus eum?
fecit enim mirabilia in vita
sua. *R.* Deo gratias.

Hymnus.

I Ste confessor.
V. Amavit eum Dominus, et
ornavit eum. T. Pasc. Alleluja.
Ad Magnificat Antiph.

S I mila bo e um.

D Eus, qui nos beati N.
Confessoris tui añua
solemnitate lætificas:
concede propitius ; ut cujus
natalitia colimus, etiã acti-
ones imitemur. Per Dōium.

Alia Oratio.

A Desto Domine suppli-
cationibus nostris,
quas in beati N. Con-
fessoris tui solemnitate de-
ferimus : ut qui nostræ justi-
tiæ fiduciam non habemus,
ejus qui tibi placuit, precib⁹
adjuvemur. Per Dominum.

Si fuerit Abbas. Oratio.

I Ntercessio nos, quæsu-
mus Domine, beati N.
Abbatis commendet:
ut quod nostris meritis nō
valemus, ejus patrocinio af-
sequamur. Per Dominum & c.

In ij. Vesperis Antiph. Capit.
& Hymn. ut supra in primis.

V. Justum deduxit Dominus
per vias rectas. t. p. Alleluja.
Ad Magnificat Antiph.

H Ic vir despiciens mūdū.

COMMUNE
VIRGINUM.
Ad Vesperas Antiphonæ.

H Æc est virgo fa piens.

H 1
Hæc est virgo sapiens.

H 3
Hæc est quæ nescivit.

I 2
Ista est speciosa.
Capitulum.

F Ratres, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.

Hymnus.

J 4
Jesu, Corona Virginum.
V. Specie tua, et pulchritudine tua. t. Pas. Alleluja.
Ad Magnific. Antiph.

V 8
Veni, sponsa Christi.
Oratio.

D Eus, qui inter cætera potentia tua miracula, etiam in sexu fragili victoriã martyrij contulisti: concede propitius; ut qui beatã **N.** virginis & martyris tuã natalitia colimus, perej⁹ adte exempla gradiamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum &c.

Alia Oratio.

I Ndulgentiam nobis, quæsumus Domine, beata **N.** virgo & martyr imploret: quæ tibi grata sepe extitit & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominum &c.

Pro Virg. non Mart. Orat.

E Xaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatã **N.** virginis tuæ festiuitate gaudemus; ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dñm.

In ij. Vesp. oia ut in j. præter V. Diffusa est grãa in labijs tuis. Si fuerint plures, in utrisq; Vesp. Ad Magn. Anti.

P 4
Rudentes virgines.
Oratio.

D A nobis, quæsumus Domine Deus noster sanctarum virginum & martyrum tuarum **N.** & **N.** palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possum⁹ celebrare, humilibus saltẽ frequẽtemus obsequijs. Per Dominum nostrum Jesum.
V. Adducẽtur Regi virginẽs post eã.

COMMUNE NON VIRGINUM

Ad Vesperas Antiph.

D 4
Dum esset Rex.

Comm. non Virgin.

I N odo rem .
J Am hyems tranſijt .
I Sta eſt ſpecioſa .

Pro Martyre tantum .
 Capitulum .

C onfitebor ti-
 bi Domine,
 Rex, & collau-
 dabo te Deū
 Salvatorem
 meum. Con-
 fitebor nomini tuo: quōi-
 am adiutor & protector fa-
 ctus es mihi, & liberasti
 corpus meū à perditione.

Pro nec Virg. nec Marty.
 Capitulum .

M ulierem fortem
 quis inveniet? pro-
 cul, & de ultimis
 finibus pretium
 ejus. Confidit in ea cor vi-
 ri ſui, & ſpolijs non indige-
 bit.

Hymnus.

F ortem virili pectore.
 V. Specie tua et pulchritu-
 dine tua. t. Paſ. Alleluja.
 Ad Magnif. Antiph.

S imile eſt.
 Pro Martyre tantū .
 Oratio .

De B. Maria in Sabb.

D eus, qui inter cætera
 potentia tua miracu-
 la, etiam in ſexu fra-
 gili victoriam martyrij cō-
 tulisti: concede propitius;
 ut qui beatae **N.** martyris
 tuae natalitia colimus, per
 ejus ad te exempla gradia-
 mur. Per Dominum .

Pro pluribus Martyr. tantū .
 Oratio .

D a nobis, quaesumus
 Domine Deus noster,
 sanctarum martyrum
 tuarum **N.** & **N.** palmas in-
 cessabili devotione venerari:
 ut quas digna mente nō
 possumus celebrare, humi-
 libus saltem frequentemus
 obsequijs. Per Dominum .

Pro nec Virg. nec Marty.
 Oratio .

E xaudi nos Deus saluta-
 ris noster: ut sicut de
 beatae **N.** festivitate gau-
 demus; ita pia devotionis e-
 rudiamur affectu. Per Dñm.
 In ij. Vesp. oia ut in primis, p̄-
 ter ſequentia .

V. Diffusa est gratia in labi-
 js tuis. t. Paſch. Alleluja.
 Ad Magnif. Antiph.

M anum suam .

DE B. MARIA
 IN SABBATO.
 V. Diffusa etc. ut sup. vel
 V. Benedicta tu in mulierib?

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, a præsentibus liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Dñm.

BENEDICTIO PONTIFICALIS, In Missa & Vesperis.

It nomen Domini benedi-

ctum. *R. Ex hoc.* *V. Adjuto-*

rium nostrum in nomine

Domini. *R. Qui fecit.*

Benedicat vos om-

nipotens Deus: Pa-ter,

& Fi-lius, & Spi-ritus scus.

R. Amen.

IN PRIMITIJS ALCUJUS SACERDOTIS.

Ad Vesp. & Missam An̄a.

Veni sancte Spi ritus.

V. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur.

Oratio.

D Eus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis

in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum.

SABBATO AD VESPERAS Antiphonæ.

R Egnum tuum Domine.


L Audabo. An̄a.

D Eo nostro. Ant.

L Au da.

In Primitijs .

Capitulum.



Altitudo divitiarum sapientiae & scientiae Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus, & investigabiles vi-
æ ejus!

Hymnus.

O Lux beata Trini-

tas. *V. Vespertina oratio ascendat ad te Dñe.*

Ad Magnificat Antiph.

S
uscepit Deus.

Oratio conveniens.

COMMEMORATIONES COMMUNES, sive Suffragia Sãctorũ.

De sancta Maria.

V. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. Orat. Concede. ut supra folio.

Ab Oct. Epiph. usq; ad Purif.

V. Post partum &c. Oratio, Deus qui salutis. ut inf. f.

De SS. Apostolis.

V. Constitues eos Principes, super omnem terram.

Oratio.

Deus, cujus dexter abe-
datum Petrum ambu-
lantem in fluctibus,
ne mergeretur, erexit: & co-

apostolum ejus Paulum ter-
tione naufragantem, de pro-
fundo pelagi liberavit: ex-
audi nos propitius, & con-
cede; ut amborum meritis,
æternitatis gloriam conse-
quamur. Qui vivis & reg-
nas cum Deo Patre &c.

De S. Patrono Blasio.

V. Ora pro nobis beati Blasi.

Oratio.

Propitiare, quæsumus
Domine, nobis famu-
lis tuis, per sancti Bla-
sij Martyris tui, atque Põti-
ficis merita gloriosa; ut ejus
pia intercessione ab omni-
bus protegatur adversis.

De sancto P. Benedicto.

*V. Justus germinabit sicut
lilium.*

Oratio.

Excita, Domine, in Ec-
clesia tua Spiritũ, cui
beatus Benedictus Ab-
bas servivit: ut eodem nos
repleti, studeamus amare,
quod amavit, & opere exer-
cere, quod docuit.

De Pace.

V. Fiat pax in virtute tua.

Oratio.

Deus, à quo sancta de-
sideria, recta consili-
a, & justa sunt opera:
da servis tuis illam, quam
mundus dare non potest pa-
cem: ut & corda nostra mã-
datis tuis dedita, & hostiũ
sublata formidine, tempo-
ra sint tua protectione trã-

quilla . Per Dominum &c.

DOMINICA
Ad Vesperas Antiphonæ.

Dixit Dominus .

Fide lia . *Anti.*

In mandatis .

Sit nomen Domini .

Capitulum.

Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi : Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis : qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Hymnus.

Lucis Creator optime.
V. Dirigatur Dñe oratio mea.
Ant. ad Mag. & Orat. conv.

SABBATO
Infra Octavam Epiphan.
Capitulū.

Fratres, Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.

Ad Magnif. Antiph.

Remanfit puer Jesus.
Dominica infra Oct. Epi.
Capit. ut Sabb. Ad Magni.

Fili quid fecisti.
Dom. ij. post Epiph. ad Mag.

Deficiente vi no.
Dom. iij. post Epiph. ad Mag.

Do mine.
Dom. iv. post Epiph. ad Mag.

Do mine.
Dom. v. post Epiph. ad Mag.

Colli gite.
Dom. vj. post Epiph. ad Mag.

Simile est regnū celo-
rum .

DOMINICA IV.
In Quadragesima.
Capitulum.

Fratres, Scriptum est, quoniam Abraham duos filios habuit : unū de ancilla, & unum de libera : sed qui de ancilla, secū-

In Primitijs .

dum carnem natus est: qui autem de libera, per re-
missionem: quæ sunt per al-
legoriam dicta .

Hymnus.

Audi benige Cōditor.
In j. Vesp. ad Magnif. Ant.

NE mo.

Oratio conveniens.
In ij. Vesp. ad Magnif. Ant.

Subijt er go.

S A B B A T O I N
Albis ad Vesperas Antiph.

Allelu ja .
Capitulum.

Charissimi, Omne
quod natum est ex
Deo, vincit mūdū:
& hæc est victoria,
quæ vincit mundum, fides
nostra .

Ad Magnificat Anti.

Cum esset ferò .

Dominica in Albis .
Ad Vesp. Antiphon. Capi.
ut supra in Sabbato .

Ad Magnific. Anti.

Post dies octo .

I N F E S T O
CORP. CHRISTI
Ad utraq; Vesperas Vers.

T Antū ergò Sacramē-

tum. **V.** Genitori, Geni-

to que.

In Missa Orat. p Abb. & Conv.

Et famulum tuum
N. Abbatem nostrū,
cum omnibus sibi
commisissis, ab omni adver-
sitate custodi; & pacē Ec-
clesiæ tuæ nostris concede
temporibus. Per.

Duo Versus Sequentiæ.

Ecce Panis Angelorū.
Versus.

In figuris p̄signatur.

S A B B A T O
Et Dom. infra Oct. Corp. C.
Capitulū.

Charissimi, Nolite
mirari, si odit vos
mundus. Nos scim⁹
quoniam transla-
ti sumus de morte ad vitā,
quoniam diligimus fra-
tres.

Sabb. Ad Magn. Antiph.

In Primitijs.

P U er Sa muel.
Dñca ad Magn. Antiph.

E Xi citò in plateas.
Sabb. ante Dom. iij. post
Pentec. ad Magnific. Ant.

C ognoverunt omnes.
Sabb. ante Dom. iv. post
Pentec. ad Magnif. Antip.

P Ræva luit David.
Sabb. ante Dom. v. post
Pentec. ad Magnif. Anti.

M Ontes Gel böe.
Sabb. ante Dom. vj. post
Pentec. ad Magn. Antiph.

O bsecro Do mine.
Sabb. ante Dom. v. Sept.
Antiph. ad Magn.

D omine Rex om nipotēs.
Sabb. ante Dom. j. Oct.
Antiph. ad Magni.

A daperiat Dominus.
Sabb. ante ij. Oct. ad Mag.

R E ful sit fol.

Sabb. ante Dom. iij. Oct.
Antiph. ad Magn.

L ugebat autem.
Sabb. ante Dom. iv. Oct.
Antiph. ad Magn.

E Xaudiat Dominus.
Sabb. ante Dom. v. Oct.
Antiph. ad Magn.

T U a est potentia.

IN DOMINICIS

Post Pentecosten
Ad Magnific. Antipho.
Dom. iij. post Pentecost.
Ad Magn. Antiph.

Q uæ mulier.
Dom. iv. post Pentecost.
Ad Magn. Antiph.

P Ræ ceptor.
Dom. v. post Penteco.
Ad Magn. Ant.

S I offers munus tuū.
Dom. vj. post Penteco.
Ad Magn. Ant.

M I fe re or.
Dom. xv. post Pente.
Ad Magn. Ant.

In Primitijs.

Propheta magnus.
Dom. xvj. post Pente.
Ad Mag. Anti.

Cum vocatus fueris
ad nuptias.

Dom. xvij. post Pente.
Ad Magn. Anti.

Quid vobis videtur.
Dom. xvij. post Pente.
Ad Magn. Antiph.

Tulit ergo.
Dom. xix. post Pentec.
Ad Magn. Antiph.

Intra vit.
Dom. xx. post Penteco.
Ad Magn. Antiph.

Cognovit autē pater.
Dom. xxj. post Pentec.
Ad Magn. Antiph.

Serve nequam.
Dom. xxij. post Pent.
Ad Magn. Anti.

Reddite ergo.

Dom. xxiiij. post Pentec.
Ad Magnif. Antiph.

At Je sus conversus.
Dom. xxiv. post Pentec.
Ad Magnif. Antiph.

AMen di co vobis.

BENEDICTIO IN
Processionibus. *℣.*

Sit nomen Domini be-
nedictū. *℞. Ex hoc. ℣.*

Adjutorium nr̄m in
nomine Domini. *℞. Qui.*
Benedictio.

Benedictio Dei Pa-
tris & Fi-
lij & Spi-
ritus sancti, descendat su-
per vos, fructusq; terræ,
& maneat semper. *℞. Amē.*

ORATIO DOMINICA

Ad Vesp. & Laudes.

K Yrie elei fon.
Chorus R̄. Ch̄reeleifon.

K Yrie elei fon.

P Ater noster
qui es in cœ-

lis, sanctificetur nomen

tuum : Adveniat regnum

tuum : fiat voluntas tua,

sicut in cœlo, & in terra :

Panem nostrum quotidi-

anum da nobis hodie : &

dimitte nobis debita no-

stra, sicut & nos dimitti-

mus debitoribus nostris:

Et ne nos inducas in ten-

tationem . R̄. Sed libe-

ra nos à malo.

D Ominus vobiscum.
R̄. Et cum Sp̄u tuo.

O Remus.

AD MATUTINUM

Finito Evang. Hymn.

T E de cet laus.

IN MISSA

Post Kyrie eleison. ante Ora-
tionem, q̄n genuflectitur.

O Rem? Flectam? genua.
Subd. vel alius respondet.

L Evate.

Tonus Confiteor. &c.

Quando verò non genufle-
ctitur, servatur ordin. ton?

O Remus.

In Quadrag. ante ultimã
Orationem in Missa.

H Umiliate capita ve-
stra Deo.

F E R I A V.
I N C O E N A D O M I N I
A n t e C o m m u n i o n e m .

C Onfiteor De-
o omnipoten-

ti, beatæ Mariæ semper
virgini, beato Michaëli
Archangelo, beato Joanni
Baptistæ, sanctis Aposto-
lis Petro & Paulo, beatis

Blasio & Benedicto, om-
nibus Sanctis, & tibi Pa-
ter: quia peccavi nimis
cogitatione, verbo & opere:
mea culpa, mea culpa, me-
a maxima culpa. Ideò
precor beatã Mariã semper
virginẽ, beatũ Michãelem
Archangelũ, beatũ Joannẽ
Baptistã, sanctos Apostolos
Petrũ & Paulũ, beatos Blasũ
& Bñdictũ, oēs Sctõs, & te Pat:
orare p me ad Dõiu, Deũ nr̃m.

**IN FINE
VESPERARUM
ET LAUDŪ**

Quando terminantur, dicitur
V. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amē.

Dicto deinde secreto Pater noster sequitur *V. Dominus det nobis suam pacem.*

R. Et vitam æternam, amen.

Subjungitur una ex quatuor Antiphonis B. M. V. cum suo Versu & Oratione.

A Vesperis Sabbati ante Dñam I. Advent. usque ad I. Vesp. Nativit. Dñi exclus.

V. Angelus Domini nunciavit Mariæ.

Oratio.

G

Ratiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde: ut qui Angelo nunci-

ante, Christi Filij tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dñm nrm.

A primis Vesperis Nativitatis & deinceps.

V. Post partum Virgo inviolata permansisti.

Oratio.

DEus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

A fine Completorij festi Purificationis, usque ad Feriam quintam in Coena Domini exclusivè.

V. Dignare me laudare te, virgo sacrata.

Oratio.

CONcede misericors Deus fragilitati nræ præsidium: ut qui sanctæ Dei Genitricis memoriã agimus, intercessionis ejus auxilio à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum Dominum nrm.

A Completorio Sabbati sancti, usque ad Nonam Sabbati post Pentecosten inclusivè.

V. Gaude et letare virgo Maria, alleluja.

Oratio.

DEus, qui per resurrectionem Filij tui Domini nostri Jesu Christi mundum lætificare dignatus es: præsta quæsumus; ut per ejus Genitricem virginem Mariam, perpetuè capiamus gaudia vitæ. Per eundem Christum Dominum nostrum.

In fine Vesp. & Laud.
A primis Vesp. festi Tri-
nitatis, usque ad Nonam
Sabbati ante Adventum.

*V. Ora pro nobis sancta
Dei Genitrix.*

Oratio.

OMnipotens sempiter-
ne Deus, qui glorio-
sa virginis matris
Mariæ corpus & animam,
ut dignum Filij tui habita-
culum effici mereretur, Spi-
ritu sancto cooperante præ-
parasti: da, ut cujus comē-
moratione lætamur, ejus
pia intercessione ab instan-
tibus malis, & à morte per-
petua liberemur. Per eum-
dem Christum Dominū no-
strum. **R. Amen.**

*V. Divinum auxilium
maneat semper nobiscum.*

**R. Et cum fratribus no-
stris absentibus. Amen.**

**Versus & Oratio de S.
Patrono N: Blasio.**

*V. Ora pro nobis beate Blasi.
R. Ut digni efficiamur.*

Oratio.

PROPTIARE QUÆSUM
Domine, nobis famu-
lis tuis per sancti Blasij
Martyris tui, atque Pon-
tificis merita gloriosa; ut
ejus pia intercessione ab
omnibus protegāmur ad-
versis, per Christum Do-
minum nostrum. **R. Amen.**